

## Quellenanhang

### Die »monströse Rübe«, 1670–1714

Philipp Jakob Sachs von Lewenheim: *Observatio XLVIII. Rapa monstrosa anthropomorpha*, in: *Miscellanea curiosa* 1 (1670), S. 139–144

Nunquam Otiosa *Natura* semper ad perfectionem tendens, etiam saepe rudi, saepe vix imitabili penicillo, interdum etiam artificioso scalpro & plastico torno, *Hominis*, perfectissimae creaturae, *figuram imitari*, aut ad minimum alias res naturales effingere conatur.

Natura, inquit *Athanas. Kircherus Dial. III. Itiner. submar. Ecstat. c.1. p.141*. in mediis Achatibus lapidibus, marmoribus, aliisque in profundissimis terrae reconditis faxis tum humanae figurae, tum coeterorum animalium vegetabiliumque formam insculpit; gaudet namque hujusmodi rerum ludibriis, & uti omnia in omnibus esse ostendit, ita pro conditione singulis entium gradibus laborat quantum potest, ut si non sensum, saltem vitam, si non vitam *saltem figuram nudam* iis, ad suam in Universi decoris Majestatem attestandam, imprimat.

De *Figuris lapidibus* tam cum coloribus quam sine iisdem *inscriptis* a *Natura Lithogenetica* praeter *Pictorem*, etiam *Opticum* agente, alibi commodior erit differendi locus, & plura talia exempla ex optimis Authoribus collecta exhibui in *Gammarolog. L.I. c.7. §.6. et seq.* Nonne *Sculptorem* egit *Natura*, quando

ex petroso semine pro fluore lapidum in certa conceptacula variae efformantur elevatae figurae. *Rupem* in Sylva Hercynsa memorat *Zeiler. in Topograph. Ducatus Brunsvig. f. 33.* quarum a figura monachi aemula altera *Hans Münch* / altera *Hennig Münch* vocatur: Et in Insula Melita *Rupes* maritima a monte seorsim dependens Monachum suspensum exprimens, vulgo *Il Frate impiccato* vocatur. *Kircher. l. VIII. mund. subt. s. 2. c. 2. f. 37.*

In monte S. Catharinae vidit Dn. de *Monconnys* (*in Itinerar. Aegypt. p. 248.*) Rupem elevatam, quam incolae ferunt habere formam corporis foeminini cum stomacho & mammillis; quamquam multum ab Imaginatione adhuc fit fingendum, ut exacte talem figuram exhibeat

*Hominem* totum *siliceum* mammas tenus in Museo suo possedit *Olaus Wormius L. I. sect. 2. c. 13.* exacte caput, collum, humeros, pectoris summa, oculos, nasi protuberantiam, scapulas, ac colli musculos referentem; silices in externam hominis figuram quasi arte tornatos observavit *Th. Bartholinus cent. III. ep. 8. p. 31.* Sic ex *partibus humanis* aemulos, *dentes molares* & incisorios specus Baumannii exhibet apud *Deusing. de foetu Mossipont §. 124.* Carpathus mons calvarias minerales *Laz. Erker in de mineral.* In itinere ex Monte Sinai versus Cairum *Lapides* plurimos invenit Dn. de *Monconnys* (*in Itiner. Aegypt. p. 250.*) quorum alii optime repraesentant *Corda Magna*; ex illis unus habuit cicatricem, qui apertus monstravit in. utroque latere depictum Cor vulneratum: alii ex Lapidibus iftis *caput mortuum*, alii pampinos vitesque.

*Ossa* sub terra inventa, a metallurgis *Enosti* lapides dicti, *costas, pedes, tibias* exhibent, de quibus *Kircher. in Mundo subterr. L. VIII. s. 2. f. 60.* *Manum saxeam* affabre a natura quamvis paulum rudiore scalpro paratam ex liberalitate Generos. Comitum *Hermanni de Hazveld* in Museo possideo in *Gammarol. mea p. 159.* aere incisam exhibitam, non minus ex *superiore Silesia* os *femoris* giganteum quasi, e terra effossum mihi ante biennium transmissum est, quod eleganter in suprema & infima parte *ossis*

*femoris* capita aemulatur, non minus quam spatia ista paululum in medio excavata, quae in naturalibus femoribus propter situm musculorum Natura effecit.

Sic Anno 1665. 8. Nov. Dn. *Henricus Sturmius* ex Oppolio Urbe Silesiae superioris, ( ubi *Unicornu fossile* crebro reperitur) videndum transmisit os femoris, pro Elephantino osse femoris habito, quod in pago *klein Schemnitz* a Piscatore cum rete ex Viadro fluv. extractum fuit circa Anno 1632. & Dn. de Proscoffsky oblatum cujus pondus fuit librar. X. longitudo unius ulnae, diameter latitudinis dimidiae ulnae circa caput: & in medio osse ubi minor latitudo & crassities, circumferentia quarta pars ulnae.

Quod itaque *Natura* in *Lapidibus* tentat, id in *Regno Vegetabili* quoque non raro observatum, eam tam integram Hominis figuram quam humanas partes aemulantes plantas exhibuisse, Exemplum evidens dabit *Rapa monstrosa* hic depicta.

Archetypum coloribus delineatum ante plusculos annos a Nobili, in cujus horto fucceverat, transmissum fuerat, Generoso Comiti *Hermanno*, Comiti in *Gleichen & Hazveld*, *Dynastae* in *Trachenberg & Prausniz*, *Domino* in *Blanckenhain*, *Crottorf*, *Cranichfeld* &c. qui pro singulari in me favore clementer concessit, ut ab Archetypo hoc delineare curarem.

Crevit ista RAPA in horto pagi *Weiden* Anno M. DC. XXVIII. qui pagus binis milliariibus Juliaco distat, in itinere versus Bonnam Electoris Coloniensis sedem; herba seu folia superius enascentia crinium speciem in altum se erigentium repraesentant, formavit in suprema rapae parte natura quasi oculos, nasum, labia, truncus reliquus rapae, thoracem; radices hinc inde extensae & in se circumgyratae brachia & pedes, miro naturae lusu, nulla accedente arte, (uti tunc fuit perscriptum) exhibent, adeoque tota *Rapa foeminam nudam fedentem manibus & pedibus flexis* prae se fert. *Naturalem* similem *radicem Mandragorae* describit *Franc. Imperatus* in *Discursib. Natural. Italice* 1628. *Neapol. editis disc. XIV. p. 76.* in Museo nominatissimo

Parentis sui asservatam, quae *radix brachia bina* cum omnibus membris certa proportione distinctis & circumdati plurimis parvis & longis radicibus exhibuit, *effigiem humanam proxime accedens*, unde & ἀνθρωπόμορφος dicta *Mandragora*.

Notum est Circumforaneis miris mangoniis interdum Naturae aliquales conatus per artem adjuvari, & ita saepe etiam Prudentibus imponi.

Quo modo ex *chelis squillae marinae* quae dentatae, ab uno latere inferiore semifalcatæ, & ebore nitidiores laevioresque *Coronas serpentum* alborum efficiunt, & pro iis vendunt, vidit in foro Florentiae venales & describit Excell. *Joh. Theod. Schenckius* Prof. in Academia Salana meritissimus *in epist.* ad me ante aliquot annos data *Gammarolog. inserta p. 928.* Sic ex *Raja pisce draconem artificiosum* exhibet Museum Calceolarii Veronensis, notante *Joh. Fabro Lynceo Exposit. in histor. mexic. p. 818.* & talem *Basiliscum ex Raja* quoque Florentiae vidit, paulo ante laudatus *D. Schenckius l. a.* Narrat *Barthol. cent. II. hist. 51.* Mercatorem quendam Hafniam apportasse *Mandragoram* sub patibulo (uti ajebat) erutam, (nam ex urina suspensi hominis sub patibulo homunculos tales efformari vulgus credit) cum capite sphaerico, prominentiis quatuor, oculos, nasum & os mentienbus, crinibus oblongis, corpore reliquo ossibus, musculis donato, sed re pressius examinata *Rana exsiccata* & in erectam hominis formam protensa inventa fuit, cum os sterni breve & latum promineat in rana, & digiti manuum pedumque, qui in rana longiores decurtati fuerint, unde sic fraus innotuit.

Sic *Lycosthenes* prodigiorum Scriptor fraude circumventus, quod *uvæ barbatae* nascentes (quae 1541. in pago German. Alberschwiler, non procul a Lindavio oppido, visae, primum ad Ludovicum Duc. Bavar. post ad Ferdin. R. & Principes Imperii missae *Aldrovand. de monstis p. 666.*) prodigiis annumeraverit, nam hoc lucri gratia factum, & cuscutæ admixtione peractum fuisse refert *Borell. c. 1. obs. 10.* nam haec in amplam messem in uvis sola appositio crescit.

Modum quomodo Circumforanei *Mandragorae radicem in hominis figuram* efformant, notat *Matthiol. in l. IV. Diosc. c. 71. fol. 336.* inquit: *In radicibus Arundinum, Bryoniarum* aliarumque plantarum sculpunt impostores adhuc virentibus *tam virorum quam mulierum* formas, infixis hordei & milii gravis, iis in locis ubi pilos exoriri volunt; de in facta scrobe tamdiutenui fabulo obruunt, quousque grana illa radices emittant, quod fit spatio 20. dierum.

Eruunt eas demum & ad natas e granis radices acutissimo cultello scintunt, aptantque ita ut capillos, barbam, & caeteros corporis pilos referant.

*Mandragoram* tamen antea ex Museo *Imperati* recensitam, *pro vera*, non fraude hominum adulterata, *Franc. Imperatus* venditat, & in ea ipsa forma a Natura productam; omnia quoque membra hujus radices videntur circumdata cum proprio cortice, & licet exsiccata fit, attamen tam parvae quam longae ipsius radices firmiter adhaerent, & ex propria ipsa planta succreverunt; cum in exsiccatis facile adulterinae radices possint avelli. Quin & difficile, pronuntiat *Idem Imperatus*, arte ita effici posse cum si cortex ejus ferro vulneretur tam brachia & alia membra in sculpendo, quam foramina indendo ut femina pro pilis immittantur, absque dubio per putrefactionem corrumpetur.

Si vero quis *objiciat*, si ista radix eo modo naturaliter producta sit, necessarium ut in ifta specie aliae quoque eo modo e terra erumperent? Iis respondet *Imperatus l. a. p. 79.* Naturam saepius in plantis aut frondes aut fructus aut radices monstrosas exhibere, non aliter ac in hominibus & brutis animalibus, ob varia impedimenta in legitimo cursu.

Sic orchides ordinarie binos repraesentant testiculos, monstri tamen instar quod interdum duas manus cum digitis imitentur, unde orchis palmata dicitur, quamvis interdum manum cum 5. digitis exacte referat, interdum tamen numerus quinque digitos non attingat, sed tantum grandiores & longiores ipsius

divisiones. Pari modo *Mandragora haec binas* habet *radices* cum aliae tres, *Circea* non solum tres, sed interdum quatuor; *Nardus montanus* secundum *Dioscoridem*, duas habet *radices* saepius tamen videtur plures alere.

*Causa* istius *diversitatis in Numeris, ab Imperato* statuitur, aut defectus humoris alimentarii, aut licet superfluum sit, si tamen impediatur ipsius penetratio & dilatatio a terra, *radices* fiunt rariores & pauciores, contra si locus aptus, & humor abundans, facile in plures dividitur *radices*.

Unde concludit quod *Mandragora* (pariter & *Rapa nostra Belgica*) quae duas habet *radices* (*Rapa unam*) attribuendum & copiae majori humoris vegetabilis, & commoditati terrae mollioris ubi provenirit, quae non impediverit descensum plurium radicum, aut ascensum versus superiora, inde factum ut plures ramos quasi brachia simul effuderit.

Qua ratione *Idem Imperatus* cum *Fabio Columna* vidit *radicem* plantae *mandragorae*, quae non solum monstravit *effigiem corporis, pedum, ventris & partium posteriorum hominis* bene efformatorum, sed & *brachia superius elevata*, in quorum extremitate flores erant, formam hominis apprime praesentantis in arborem mutati, eo modo ut pictores depingere solent, nihilque ipsi ad completam figuram defuit quam caput, quod forte pariter adfuisset si terra fuisset mollior in superna parte, dum erumperet quae ultiores naturae conatus impedivisset.

De hac *radice mandragorae* ita *Joh. Faber Lynceus* annot. in *hist. Mexic. f. 852*.

Vidi Neapoli *radicem mandragorae* tripedalem apud quendam Chymicum destillatorem, *puellae imaginem* aequantem, corpore in umbilico extuberante ac etiam in posterioribus, a quibus femorum & tiliarum modo in acutum desinebat, superne vero brachiis elatis crassis in quibus flores emisit *Dryadum & Daphnidum* iconem repraesentantem.

*Radix bryoniae albae* inventa cum effigie humana quae in publico Musaeo Senatus Bononiensis adhuc servatur, *Aldrov. de monst. f. 669.* Rudimentum quoque integram hominis figuram referens in radicibus *mandragorae* & *bryoniae* conspici, *Idem asserit f. 308.* & *Kircher. in arte magnet. l. X. p. 2. c. 2. f. 806.* Dono quoque *Aldrovando* radix data fuit, quae artificiose *hominis simulachrum* figuravit, quae ab ipso depingitur *l. a. f. 673.* pariter ac simulachrum serpentis in radice serpenti formi & in ramo Ophiphyto, ab *Eodem* exhibetur *f. 671. 672.* Imprimis *radices orchides* mira ludentis naturae offerunt simulachra, nam aliae in floribus avis (unde *orchis ornithomorpha*) aliae Cercopithecii, vel delphini figuram, aliae apis, vespae, muscae, papilionis, culicis, cimicis, locustae &c. effigiem praeseferunt *Kirch. Mund. subter. l. 12. s. 2. c. 3. f. 348.* qui ibidem & *Orchides anthropomorphas* esse declarat, ut vix in corpore humano membrum quod non quantum potuit, exprimere fuerit conata, imo *in floribus* integram *humani corporis structuram* sub utriusque sexu, architectata fuit, quos exhibet quasi homunculos frondium extremitatibus appensos depictos *in arte magna l. a. f. 806.*

Miram reddere causam conatur *Kircher. Mund. subterr. l. 12. s. 1. c. 9. f. 319.*

*Satyrii anthropomorphi*, nimirum semina animalium terrae superfusa tempore coitus, unde natura in terra sive animali, sive homini aliquid analogum efformet, quoad membra, cum facultate semini propria, ad venerem scilicet excitativa.

Unde si equinum semen decidat similem figuram nasci eis insectis, quae ex equo nascuntur, vespae scilicet figurae aemulam, si bovillum sperma non bovis, sed apis ex bobus orti producat.

Tandem cum *omnes plantae* variis formis a Natura productae ex quibus *quaedam* humores, *quaedam* animalia bruta, *quaedam* morbos ipsos, *quaedam hominis partes* repraesentent, ex quarum *Signaturis* & analogia Physici Hermetici vires herbarum deducere conantur, praeter *Croll. de signatur. Heinricum Nollium* in Physica

Hermetica, *J. P. Portam*, in *phythognom. Marci Frider. Rosencreuzers anatomiam & Physiognomiam Simplicium, Job. Francum de signatur plantarum, Zimaram in Antro magico-medico, consuli poterit de signaturis herbarum ad res animatas & inanimatas Fabius Colonna in expos. histor. mexic. f. 852. 853. de signaturis in floribus ib. f. 855. in fructibus f. 857. & in seminibus f. 859. quae plantae igitur partes hominis repraesentant, experientia teste, eae probant iis partibus hominis maxime esse salutare.*

Plura de *plantis monstrosis* singulari tractatu eruditissimo sectionibus tribus constante propediem edendo curiosum Lectorem saciabit *Lic. Christian. Frider. Garmannus Physicus Chemnicensis in Misnia et Academiae Curios. membrum nobilissimum, ubi in sect. I. de Singularibus in plantis circa sexum, transmutationem, circa monstra in Regno vegetabili, monstrorum causas efficientes, & quod arte simul quam casu fiant, tractabit; in sect. II. recensebit varios naturae lusus, plantas in plantis, viscum, fungos & alias excrescentias arborum, animalia in arboribus crescentia, agnum Scythiae Botamez, insecta vegetabilium, homines arbores, plantas subterraneas & petrefactas.*

*Sectio denique tertia* plantas in homine, signaturas, plantas pictas & inscriptas recensebit.



**Johann C. Frommann: Tractatus de fascinatione novus et singularis, Nürnberg 1675, S. 666–777 (III, 5, 2, §6), hier S. 670 f.**

*Caput II. Ad Materiam Magicam venit Mandragora.*

[...]

§6. Sic non naturae sed imposturae homunculi tales sunt opera: neque si tales a natura sint, effecta enumerata edere possunt. Prius quod concernit, polydaedala quidem natura, ut in minerali



regno lapides, ita & in vegetabili plantas, quandoque exhibet, tam integram hominis formam, quam humanas partes aemulantes. Rapa anno MDCXXVIII. in horto pagi Weiden binis milliaribus Juliano distantis crevit, cujus folia superius enascentia crinium speciem in altum se erigentium repraesentarunt, formavit in suprema rapae parte natura quasi oculos, nasum, labia; truncus reliquus rapae thoracem; radices hinc inde extensae & in se circumgyratae brachia & sedes [! pedes], miro naturae lusu nulla accendente arte exhibuerunt, adeoque tota Rapa foeminam nudam sedentem manibus & pedibus flexis prae se tulit. Descriptionem hanc & rapae iconem tradit Nobiliss. Sachsius *Ann. 1. Natur. Curios. Obs. 48.* Idem subjungit haec Naturalem similem radicem Mandragorae describit Francisc. Imperatus in *Discursib. Natural. Italice 1628. Neapol. editu Disc. XIV. pag. 76.* in Museo nominatissimo Parentis sui asservatam, quae radix brachia bina cum omnibus membris certa proportione distinctis & circumdatis plurimis parvis, & longis radicibus exhibuit effigiem humanam proxime accedentem, unde & ἀνθρωπόμορφος dicta Mandragora. Fabius Columna Lycaeus in *Annotation. & Addition. in Rer. Medicar. nov. Hispan. Nardi Anton. Rechi* tradit, se vidisse Neapoli radicem Mandragorae tripedalem, apud Chymicum quendam destillatorem, puellae imaginem aequantem, corpore in umbilico extuberante, ac etiam in posterioribus, a quibus femorum ac tiliarum modo in acutum desinebat, superne vero, brachiis elatis crassis, in quibus flores emisit Dryadum, & Daphnidum iconem repraesentantem &c. Dn. D. Simon. Pauli quidem *Quadripart. Botanic. Class. 3. pag. 388.* existimat, Chymicastrum impostorem imposuisse Columnae, aut loco Mandragorae Bryoniae radicem vel ei ostentasse, vel venditasse. Sed sive verum naturae, sive fraudis id fuerit opus, certum tamen est, naturam in vegetabilium regno anthropomorpha opera quandoque edere, id quod Dn. D. Sachsius *loc. cit.* ex Aldrovando & Kircherio insuper confirmat. Dn. D. Martin Bernhard a Bernizin

*Ann. 1. Natur. Curios. Obs. 41.* inter varias orchidum seu Satyriorum species singulares variorum animalium, ut avicularum, crabronum, vesparum, apum, muscarum, papilionum, culicum, cimicum, locustarum, &c. effigiem referentes *ἀνθρωπόμορφον* etiam duplicem ponit, & in iconibus oculis subjicit, quorum altera hominum mares, altera foemellas effigie nudi corporis monstrat. Ristius *loc. cit. pag. 220.* Für etlichen wenig Jahren ward eine Blume im Korn zwischen Hamburg und Altenah gefunden / welche so natürlich ein Weibes-Haupt mit einer Holsteinischen Mützen oder Hüllen abbildete / daß man sich zum höchsten darüber muste verwundern.



**Journal des Sçavans, 15. Febr. 1677, S. 46–48**

Extrait du Journal d'Allemagne.

*Observation Botanique fort curieuse & fort-remarquable.*

Il y a peu de gens qui n'ayent veu quelqu'une de ces figures que la nature prend plaisir d'imprimer, ou de former sur les choses même quelquefois les plus dures & les plus insensibles: soit que ce ne soit qu'un simple jeu, ou que tendant toûjours à produire ce qu'il y a de plus parfait, elle tâche de représenter la figure de l'homme, qui est la creature la plus parfaite d'icy bas, ou en son entier, ou du moins en quequ'une de ses parties. D'où vient qu'on trouve quelquefois des pierres & des cailloux qui ressemblent si bien à des os, des pieds, des mains, des bras, des dents, &c. qu'on a de la peine à ne s'y laisser pas tromper.

On voit un Rocher dans l'Isle de Malthe sur une des Côtes de la Mer, separé du teste d'une Montagne, tellement suspendu, & ressemblant si fort à un Hermite, qu'on l'appelle communement, *Il Frate impiccato* ou *le Moine pendu*. Monsieur Vvormius fait voir dans son Cabinet une pierre qui represente parfaitement

un homme dont on void toutes les parties. M. Bartholin parle de certains cailloux, qui semblent avoir été travaillez au tour, tant ils representent delicatement les yeux, le nez, la bouche, les bras, les pieds, & les autres parties du corps humain. Et M. de Monconys rapporte dans ses voyages, qu'il a trouvé dans le chemin du Mont Sinai au Caire des Cailloux, qui representoient de grands cœurs, & qu'en ayant pris un qui paroissoit avoir une Cicatrice, & l'ayant fendu & ouvert, il avoit trouvé un cœur blessé dans chacun des côtez du caillou.

La nature n'est pas moins ingenieuse ni moins admirable dans les Vegetables. On a veu souvent des figures humaines dans les Racines des Mandragores; mais comme il y a bien des gens qui sçavent à present l'art & le secret de les y graver, on prend souvent pour un prodige, & une merveille de la nature, ce qui ne vient que de l'adresse d'un Imposteur. Matthiole apprend ce secret, & il dit que la maniere dont ces gens se servent pour faire venir du poil au menton ou des cheveux à la tête, qu'ils ont formée sur la racine, n'est autre que de ficher dans ces endroits des grains d'Orge ou de Millet, & de remplir les fossetes dans lesquelles on les enfonce d'un sable fort-fin. Ces grains venant à se pourrir, jettent de petites racines, ce qui arrive dans l'espace de vingt jours, lesquelles poussent des filamens qu'on arrache adroitement, & à la place desquels on applique des poils & des cheveux, apres avoir fait une petite incision dans la racine qui reste toûjours, pour les y faire tenir plus fortement.

On ne peut pas soupçonner un pareil artifice dans le *Navet Monstrueux*, dont nous donnons ici la description & la figure, puis qu'il a été trouvé ainsi dans le Jardin qui l'a porté en un lieu nommé *Weiden*, à deux mille de Julliers, & sur le chemin de Bonn qui est a l'Electeur de Cologne. L'herbe, ou pour mieux dire, les feuilles qui sont pour l'ordinaire au haut du *Navet*, representent en celuy-cy des cheveux dressez en haut, & forment un pannache des plus beaux, & des mieux garnis qu'on peut

voir. Au dessous de ce pannache la nature a formé une tête avec des yeux, un nez, une bouche, des levres, & un menton. On y voit même un sein & une poitrine entiere: & les racines qui se trouvent dans l'ordinaire de ces plantes, sont tellement disposées dans celle-cy, qu'on croit voir des bras & des pieds. Si bien que tout le Navet represente une femme nuë assise sur ses pieds, ayant les bras croisez au dessous de la poitrine.

Les Botanistes trouveront dans cette observation un ample sujet de philosopher, & d'examiner comment l'humeur abondante & copieuse de cette plante a pû prendre la figure de toutes ces parties si differentes.



#### Il Giornale de' Letterati per tutto l'anno 1677, Nr. IV, S. 61–63

*Osservazioni estratte dal quarto Giornale di Francia intorno una curiosità Botanica.*

Vien riferita in questo Giornale di Francia una meravigliosa curiosità, ò giuoco della natura, estratta dal Giornale d'Inghilterra, ancorche la notizia non giunga nuova. Questa consiste in una Rapa, ò Navoncello mostruoso, trovato in un Orto di un luogo detto *Weiden* due miglia lontano da Giuliers: e che rappresenta una Donna dalla cintura in sù, cioè la testa, le braccia, tutto il petto, ed il dorso; le foglie poi alzate in alto, le fanno un vago pennacchio; mostra di sedere sù i proprij piedi e tiene le braccia incrociate sul petto, come si vede nella seguente figura.

I Botanici averanno trovato in questa curiosità un ampio soggetto di filosofare, e di esaminare, come l'umore abbondante, e copioso di questa pianta abbia potuto prendere la figura di tutte queste parti sì differenti, mentre saranno certi, che l'artifizio umano non vi hà potuto avere alcuna parte, come altre volte vedutesi figure di Uomo nella radice della mandragora, si trovò

l'arte, ed il segreto, riferito ancora dal Mattiolo, d'intagliarle, e di ridurle à figura tale: ma ciò in questa sarà stato stimato impossibile per la molteplicità delle parti, che rappresenta.

L'osservazione è del Signor Filippo Giacomo Sachs à Levenche portata dal Tomo primo (stampato in Germania, ed in Francia nel 1672, in 4.) de' Miscellanei Medico fisici dell'Accademia de' curiosi della natura, eretta in Breslavia, come sopra si è detto; e questo primo Tomo contiene 160. osservazioni, che sono l'anno primo del 1671., ed i primi saggi degli aggregati in quell'Accademia, e nel fine vi è l'aggiunta delle osservazioni del Signor Francesco Redi intorno alle Vipere, dove nell'osservazione 48. Fisicobotanica il Signor Sachsio fa bellissime riflessioni sopra di questa Rapa mostruosa, che chiama *anthropomorfa*, e che trovò nel detto Orto nel 1628., ed aggiugne, che si attende con grande aspettazione il trattato *De Plantis monstruosis* del Lic. Cristiano Friderico Garmanno, diviso in tre Sezzioni, di cui quando giugnerà in Roma, si darà il dovuto raguaglio.



**Eberhard Werner Happel: Gröste Denkwürdigkeiten der Welt oder so genannte Relationes curiosae, Bd. 1, Hamburg 1683, S. 116f.**

Eine menschlich gestaltete Rübe.

Was Athanasius Kircherus Dial. III. Itiner. submar. Ecstat. c. 1. p. 141. sagt / daß die Natur immerdar geschäftig sey / auch in denen tieff unter der Erden verborgenen Cörpern / bald einen Mensche[n] / bald etwas anders abzubilden / und wann sie ja einem Dinge den Verstand nicht selber mittheile / so verleyhe sie ihm doch das Leben / wo aber auch dieses nicht / so theile sie ihm zum wenigsten die blosse Gestalt dieser oder jener lebenden Creatur mit / umb ihre grosse Macht und Herlichkeit zu erweisen:

Solches zeigt sich absonderlich an beygesetzter wunderwürdige[n] Rübe / welche fast ein Weibsbild vollkommen abbildet.

Das auffstehende Kraut *praesentiret* die Haare / und auff dem obersten Theil der Rübe selbstem siehet man alles / was zu einem wolgebildeten menschlichen Angesichte erfordert wird / als die Augen / Nase / Lippen: Das übrige stellet die Brust dar / und die hin und wieder abgewichene Wurtzel wird gleichsamb zu Armen und Beinen.

*Franciscus Imperatus* schreibt die Ursache der vielen Wurtzeln eines Gewächses über die Gewonheit (dann eine Rübe bestehet sonst auch nur aus einer Wurtzel) einem fetten Erdreich zu / welches an gutem Saft einen Überfluß hat / da geschihet es / spricht er / öftters / daß dergleichen vielwurtzlichte und seltzame / ja wunderlich gebildete Gewächse / herfür kommen.

Es ist aber diese Rübe gewachsen in eines Edelmanns Garten / in dem Dorff Weiden / so in dem Hertzogthumb Gülich / und zwar nur 2 Meilen von gleich benamter Haupt-Stadt belegen / auff dem Wege / wann man nach Bonn / der Chur-Cöllnischen Residentz / reiset. Besiche hievon *Miscell. Curios. Germanic. Ann. prim. Observat. 84.*

Von dergleichen Materien werden dem günstigsten Liebhaber bey Gelegenheit noch viel seltzamere Sachen mitgetheilet werden.



**Johann Zahn: Specula physico-mathematico-historica notabilium ac mirabilium sciendorum, Nürnberg 1696, Bd. 2, S. 235 f.**

Caput XIV. Plantae a structura, partium constitutione variarum rerum exhibitione, aliisque Naturae miraculis insignes.

[...]

§7 Rapa monstrosa anthropomorpha non tam integram hominis, quam humanas partes omnes figura sua perfecte aemulans,

quae in horto pagi *Weiden* cujusdam Nobilis anno 1628. prog-  
nata excrevit, describitur in *Ann. I. Decur. i. Eph. Germ. obs. 48.*



**Michael Bernhard Valentini: Museum Museorum, Oder Voll-  
ständige Schau-Bühne Aller Materialien und Specereyen ...  
Theil 2, Frankfurt a. M. 1714, S. 74–76**

Das XIV Capitel / Von Seltsamen und wunderlich gebildeten  
Wurtzeln und Bäumen.

§1. Als bey dem Anfang der Weltbelobten *Academiae Naturae Curiosorum* in Teutschland die erste *Fundatores* ihren Einladungs-Brief samt dem Abriß der allhier vor Augen liegenden Menschen-förmigen Rübe / nacher Wien an den Käyser Leopold / Glorwürdigsten Andenckens / um einige *Privilegia* zu erhalten / unterthänigst schickten / liessen sich Dero Käyserliche Majestät beyderseits also gnädigst gefallen / daß sie so gleich nebst andern kostbaren Raritäten den in der *I. Fig.* der XI. Kupffer-Taffel abgemahlten Kohlstengel mit dem Crucifix obgemeldter *Societät* gnädigst *offerirten* / wie solches Herr D. Sachs von Lewenheim in dem ersten Jahrgang *Miscell. Acad. N.C. Obs. CXVI p. 235* mit mehrerem erzehlet hat. Von beyden nun kürztlich zu handeln / so ist zu wissen / daß die im Anfang dieses Capitels abgemahlte Rübe im Jahr 1628. in dem Dorff *Weiden* / so etwa zwey Meilen von *Gulich* / an dem Weg nach *Bonn* / gelegen / in eines Edelmanns Garten gegraben / und von demselben dem Herrn Grafen von *Gleichen* zugesendet worden. Die Blätter / so an statt der Haare waren / stunden über sich wie eine *Fontange*. Der obere Theil der Wurtzel bestunde aus dem Angesicht mit Augen / Ohren / Nasen und Leffzen. Der übrige Teil hielte die Brust und Bauch / samt denen Aermen und Beinen in sich / wie alles im obgemeldten Jahrgang *p. 123.* beschrieben wird. Sonsten ist nicht

ungewöhnlich / daß dergleichen Menschen-Form an der Alraun-  
Wurtzel zu sehen seye / dergleichen *Franciscus Imperatus* (dessen  
Vater solche in seinem *Museo* hatte) im *discurs. Natur. p. 76.*  
beschrieben hat: Und pflegen die Storger und Marckschreyer  
dergleichen Gestalt offers durch eingesteckte Erbsen an dieser  
Wurtzel künstlich- und betrüglicher Weise hervor zu bringen.  
Wohin auch diejenige gelbe Rübe / woran eine Menschen-Hand  
natürlicher Weise gewachsen / *referiret* werden kan / welche vor  
diesem zu Berlin verkauffet / und an seine Königliche Majestät  
nach Wolgast gesendet worden / wie solches Herr D. Menzel im  
IX. Jahrgang der *I. Decur. Misc. Acad. Nat. Cur. Obs. LXXXII.*  
*p. 218.* nebst einiger Muthmassung von derselben Ursprung  
berichtet hat. Die Abbildung davon ist in der *3. Fig.* der XI. Taffel  
zu ersehen: Worbey *Fig. 4.* auch eine Pastinac-Wurtzel / so einen  
Krebs *praesentiret* / zu sehen ist / welche D. Bernitz in Polen  
gefunden / und denen *Miscellan. S.R.I. Acad. Nat. Cur. Ann.*  
*I. Dec. I. Obs. 98. p. 173.* einverleibet hat.